APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

149904

Ann. XVI. ROMAE, Mense Novembri MCMXIII Num. XI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA		IN ANGLIA	IN CANADA
apud	apud	apud	apud
Gebethner et Wolf	**" Kronika Rodzinna "**	**Burns and Oates**	**Libraire Granger Frères**
Varsaviae Polonorum	**Varsaviae Polonorum**	**London W.**	**Montreal**
Rakowskie Przedmiescie, 15	Krakowskie Przedmiescie, 6.	28, Orchard Street.	1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentum exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ante solvendum et recto tramite mittendum **ad Societatem Editricem Romanam**

ROMA — VIA DEL TRITONE, 46 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA IN ANNUM MCMXIII

Pro Sociis singulis, quorum sive carmine sive soluta oratione scripta in *Voce Urbis* per an. MCMXIII edita fuerint et a doctorum virorum collegio ad id constituto maxime commendata, *praemium erit argentei numismatis* ex iis, quae Pontificis Maximi iussu quotannis in festo Apostolorum Principis cudi solent, Sacro Purpuratorum Senatui, Romanae Curiae aulicisque pontificiis distribuenda.

Pro Sociis qui *libellas octo* pretio subnotationis addiderint, delectus erit unius ex tabulis aere mirifice cusis, magnitudine cm. 118 × 84, gesta Costantini M. Imperatoris referentibus prouti in Vaticanis aedibus Raphaël Sanctius eiusque discipuli penicillo expresserunt. Tabulae reddunt: *Pugnam inter Constantinum et Maxentium; Visum Crucis; Constantini Baptismum; Constantini donationem Pontifici factam.* — Si quis omnes cupiat, mittat lib. 32.

Pro Sociis, iisque Sacerdotibus, qui *lib. quadraginta quattuor* miserint, *Vox Urbis gratuito conceditur;* ii enim *Novum Breviarium Romanum* habebunt, iuxta nuperas dispositiones reformatum, charta vere Indica in 16° (15 × 9) ab editrice Pont. domo Desclée et Soc. impressum, splendide ac solide ex pelle vulgo *zigrino* conglutinatum, foliorum sectione eleganter aurata; quod sane venale prostat lib. 44. — Quin imo simul cum Breviario gratuito etiam a praelaudata editrice domo « Proprium Dioecesis » cuiusque religabitur, si socius ipse miserit, aut emi iusserit, praemisso, uti par est, « Proprii » eiusdem pretio.

Ann. XVI. ROMAE, Mense Novembri MCMXIII. Num. XI.

VOX URBIS

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

Modernistarum error circa Eucharistiae institutionem.
De Leone XIII P. M. Commentarius.
Selecta ex bibliothecis et archivis. M. Antonii Mureti oratio de praestantia litterarum et earum artium quae litteris continentur.
Horae subsecivae. Post precellam. — Ad rivum.
Colloquia latina. Euntes ad ludum litterarum.
Ex Helvetia. Divinae consecrationis sacri sacelli Beatae Virginis Thaumaturgae Einsiedlensis solemnissima commemoratio.
Acta Pontificia. SSmi. D. N. Pii PP. X epistola ad R. P. D. Antonium Mendes Bello, patriarcham lisbonensem, qua recentiora reipublicae lusitanae in Ecclesiam acta conqueritur.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. Ex Congregatione de Religiosis. — Ex Congregatione Rituum.
Diarium Vaticanum. Coram SSmo. admissiones — Pontificiae electiones. — Vita functi viri clariores.
Annales. Balkanicum discrimen. — Varia.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Libri recens dono accepti.
Aenigmata.
Appendix: Ad Romam.

MODERNISTARUM ERROR
CIRCA EUCHARISTIAE INSTITUTIONEM

« Protestantes » persaepe Catholicis obiicere audent, S. Ioannem in suo Evangelio, de dogmate Eucharistiae ab universa romana Ecclesia tam firmiter credito, nunquam sermonem habuisse. Quibus catholici respondent, S. Ioannem verba Iesu Christi nobis referre, quibus ipsemet Christus seipsum in cibum, sanguinemque suum in potum nobis promittit; ait enim: « Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis ». (1) Addunt rursus, S. Ioannem, Eucharistiae institutionem, dum Christus pedes discipulorum lavat, adumbrasse. (2) Sed etiamsi S. Ioannes, de ritus eucharistici institutione taceat, quod assertum aperte negamus, de eodem ritu alii tres Evangelistae, et praecipue Apostolus Paulus, loquuntur.

S. Matthaeus (3) refert Christum dixisse: « Accipite, et comedite: hoc est corpus meum . . . Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum ».

S. Marcus (4) refert Christum dixisse: « Sumite, hoc est corpus meum . . . Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur ».

S. Lucas (5) refert Christum dixisse: « Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem... Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur ».

Apostolus Paulus (6) refert Christum dixisse: « Accipite, et manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem... Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem ».

***

Sed hic Modernistarum errores oriuntur. Consideranti Evangelistarum et ipsius Apostoli Pauli verba, quaedam differentiae, non iam oppositiones, apparent:

a) S. Lucas et S. Paulus de praecepto coenam celebrandi loquuntur, de quo praecepto Matthaeus et Marcus tacent. — *b)* S. Matthaeus habet verba « in remissionem peccatorum », quae apud ceteros Evangelistas non inveniuntur. — *c)* Formula a S. Marco adhibita in Iesu Christi verbis referendis, brevior est cunctis aliis, a ceteris Evangelistis adhibitis. Propter quae omnia Modernistae ita ratiocinantur: Impossibile mihi est, — scribit Loisy (1) — circa ultimae Coenae narrationes criticam instituere. Apostoli Pauli narratio (I. *Cor.* XI, 23-25), quae ceteris completior est, si examini subiiciatur, difficile est in ea secernere quid ex primitiva venerit traditione, quaenam sit ultimae coenae descriptio iuxta mentem eorum qui coenae adstiterunt, quinam commentarius theologicus et moralis Apostoli. Propter quae omnia concludendum superest, non omnia quae narrat Paulus de institutione Eucharistiae historice accipienda esse. Adde rursus, ultimae coenae tempore, ideam sacramenti cuiusdam perpetui menti apostolorum non potuisse fulgere, quae duo historicum cogunt tum ad Eucharistiae institutionem, tum ad eiusdem mortis Christi redemptivum characterem, denegandum.

Alius narrationem Apostoli Pauli interpretans, haec quae sequuntur scribit: « Verba: *Accipite et manducate* sunt glossa quaedam ab extranea manu, virtute parallelismi S. Matthaei introducta; in cuius signum

(1) VI, v. 54.
(2) XIII.
(3) XXVI, 26, 28.
(4) XIV, 22, 24.
(5) XXII, 19-20.
(6) I. Cor. XI, 24-25.

(1) *Autour d'un petit livre*, VII.

Scena III.

(*Magna hominum confusio: sunt* Ethnici, *sunt et* Christiani, *qui huc illuc querentes cursitant: nunc exsultant, nunc vero aliqui novissima timent, tollunt manus et oculos ad caelum atque anxie inter se colloquuntur*).

Cives Ethnici.

I. - Quot uno clades in momento temporis!
II. - Erit quod Urbi fatum triste in proximum!
III. - Ei quid reddit imperator nuperus?
IV. - Quot una civitas simul videt funera!
I. - Nondum sed intulit quanta ipsa gentibus.
II. - Estne christianis fautor an ethnicis?
IV. - Iuvat vero rebus inservire strenue!

Cives Christian.

I. Sit unum nobis; liberetur Pontifex,
Ne forte a ceteris quis nos praeoccupet,
Eum confodiat furore percitus.
II. - Heu! qui tumultus, spiritus commotio,
Vexatio civium!
III. - Rerum direptio,
Urbes cum militum capiuntur turbine!
II. - Praefectus filium quaesivit impiger
Apud custodias... semper inaniter.
III. - Eum mactasse fraudulenter autumat...
IV. - Foret nobis malum et relligione grave!
II. - Maxentius «bonus» profecturus dixerat
Sibi servari victimam placabilem.
Intelligens vafer nostrum Pontificem.
III. - Erat quis sanctior nostro Melchiade?
IV. - Quis scit an positi rerum in angustiis
Eum mactaverint furentes augures?

(*Interea novi homines agglomerantur, inter quos Vegetius*).

Scena IV.

Vegetius et Dicti.

Vegetius.

Dolor gravis, milites, nobis, quod dedecus!
Est omnis unica Christianis gloria.
Ut ille dixerat noster Maxentius,
Fuit malorum omnis causa et ratio,
Eorum turpis et nefanda pravitas.
Si Romam saepius pestis depopulat,
Fames, egestas, eluvies fluminum,
In omnes gentes vocarunt hi miserias.
Eos a terris radicemus funditus,
In unum locum congeramus corpora,
Et acervatim disperdamus pulverem.
Iuvat mactare primum sed Pontificem,
Iis ne praesens laeta sit victoria.
Ite ad custodiam, tollite Melchiadem.

Christiani Cives (*inter se*).

I. — Eum quis manibus possit eripere?
II. — Deus modo, Deus!
III. — Ceterum res perdita est!

Vegetius.

Et hic in Foro sit placanda victima!
Sic ipse et omnis progenies pessima
Erunt militibus iusta funebria.
Ite vos, fortes, perfidos colligite,
Et omnes sentiant vindictae gladium.
Sunt senatores, sunt plerumque divites,
Faventes hostibus Romae nunc turpiter.
Hos vos mactate, tundite vos, plectite,
Nec unus restet Romae nunc incolumis:
Onus sic vindicis populi ipsi sentiant!
Vobis est, milites, ferre consilium.
Quid est agendum? Quid?

I. Miles.

Ruat patritiis
Turpiter agentibus vindicta sanguinis!
Furor noster gravis Christi discipulis!
Iis sit atra mors, funus indubium...

Vegetius.

Vos arma ferte, ferte faces, gladios...
Sic igne cuncta sunt lavanda sanguine!

(*Magna exoritur militum seditio, quum audiuntur buccinae et voces longe adclamantium. Milites tunc admirati sistunt quasi novarum rerum exitum exspectent. Christiani moerore confecti haec inter se colloquuntur:*

Christiani.

I. — Quis at salvabit sanctum Pontificem?
Ab istis belluis erit quis incolumis?

V. — (*nuper ingressus*).

Non est inventus ad Mamertum Melchias.
III. — Forsitan est ipse solutus de vinculis?
IV. — Aut missus in flumen?
I. — Confossus?
II. — A carnifice?
VII. — Queis est anxium pectus angustiis!
Tuis esto, Christe, spes una filiis.

Scena V.

(*Propius buccinae canunt, et mox, in magno omnes silentio compositi,* Constantinus *adparet. Est sagatus; stant circum multi milites,* Publius, Scipio, *aliique senatores*).

Publius.

Haec magna civitas regina gentium,
Gravi malorum nunc perculsa cumulo,
Tuos ad pedes provoluta supplicans
Agit tibi gratias divisque maximis;
Velis precatur urbem triumphans ingredi,
Ut olim consules onusti spoliis,
Solebant victis orbis provinciis.

(*Ad proximum numerum*).

I. B. Francesia.

149904

Societas Editrix Romana

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes,** quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redituum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

149904

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via del Tritone, 46 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XVI. ROMAE, Mense decembri MCMXIII Num. XII.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via del Tritone, 46 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf**

Varsaviae Polonorum

Rakowskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"**

Varsaviae Polonorum

Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates**

London W.

28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères**

Montreal

1699, Rue Notre-Dame